



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

XIX. Papst Honorius III. bestätigt dem Kloster Hillersleben Besitzungen und Freiheiten, am 29. Mai 1220.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

tribus sigillis, ut premisimus, fecimus insigniri sub interminacione anathematis districtius inhibentes, ne quis ea infringere vel immutare presumat. Si quis autem suadente dyabolo hoc attemptare presumpserit, indignacionem dei omnipotentis et beatorum apostolorum petri et pauli et nostri anathematis se noverit incursum. Datum Halberstadt, per manum Thiderici notarii nostri. Anno consecrationis nostre III^o.

Cop. I, fol. 1.

XVIII. Das Kloster Colebeck verkauft eine Hufe in Evendorf dem Kloster Hillersleben, am 17. April 1220.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Escelinus, dei gracia prepositus et totus conuentus in Colebeke cristi fidelibus vniuersis presentibus et futuris. Recognoscimus et presenti pagina protestamur, quod nos mansum quendam in Euendhorp situm, nostre ecclesie pertinentem iure proprietatis, vendidimus domino abbati et monasterio in hildesleue pro duodecim marcis argenti de communi consilio et consensu, quas in usum et vtilitatem ecclesie nostre redegimus, redimentes ex eis quedam bona nostra propter urgentes necessitates nostras et ecclesie nostre inpiignorata a nobis. Renuntiamus igitur omni iure, quod habuimus in manso prefato et ne in posterum oblivione aut verfucia alicuius possit aliquod impedimentum supra scripture vendicionis nostre factum fortiri, presentem paginam testium subscriptione et sigilli nostri impressione firmatam monasterio dedimus memorato. Testes huius rei sunt Johannes, Albertus, Arnoldus, Euerwinus, Conradus, Heydenricus, sacerdotes; Fridericus, Thomas, Germarus, Baldwinus, diaconi, duo Conradi, subdiaconi, fratres ecclesie nostre. Actum anno dominice Incarnacionis M^o. CC^o. XX^o., XV^o. kal. Maii.

Cop. I, fol. 23.

XIX. Pappst Honorius III. bestätigt dem Kloster Hillersleben Besitzungen und Freiheiten, am 20. Mai 1220.

Honorius, episcopus, servus servorum dei, Dilectis filiis abbati et conuentui monasterii hildesleuen salutem et apostolicam benedictionem. Sacrosancta Romana ecclesia devotos et humiles filios ex assuete pietatis officio propensius diligere consuevit et ne pravorum hominum molestiis agentur, eos tanquam pia mater sue protectionis munimine confovere. Ea propter, dilecti in domino filii vestris iustis precibus inclinati personas et monasterium vestrum, in (quo) diuino estis

obsequio mancipati, cum omnibus bonis, que in presenti rationabiliter possidetis, aut in futuro iustis modis prestante Domino poteritis adipisci, sub beati petri et nostra protectione suscipimus, specialiter autem uillas cruzezhe, woltwi, bozezhe et putgorize, In dollen uero ecclesiam cum quatuor mansis, In mesberghe VIII mansos et dimidium et ecclesiam cum duobus mansis, In semtesweghe VIII mansos, In valdorp VI mansos, In gheroldestorp VIII mansos, In euendorp VIII mansos, In wiffemengere III mansos, In osterhusen III mansos et dimidium et unum pratum, In howersleue XIII mansos, In hogremestorp III, In irkesfleue duos, In snardefleue vnum et dimidium, In meyndorp vnum mansum, In minori wellen duos, In ochmerfleue vnum, In minori rodenfleue III^{or} et dimidium, In domerfleue XVI, In pefekendorp vnum, In emeringhe VII, In majori rodenfleue XIII^{or} et dimidium, In drakenstede decem, In druchtesberghe III et dimidium, In minori druchtesberg dimidium mansum, In dodendorp vnum, In gropendorp III, In emmede duodecim mansos et III^{or} iugera, In vlechtigh II mansos et octo iugera, In stenvorde vnum, In wederigh mansum et dimidium, ac medietatem uille de smervelde. Libertates quoque et immunitates, a regibus et principibus et aliis fidelibus ipsi monasterio pia et provida deliberatione collatas, sicut ea omnia iuste ac pacifice obtinetis, vobis et per vos monasterio vestro auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre protectionis et confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum petri et pauli apostolorum eius se noverit incursum. Datum laterani, III. kal. junii, pontificatus nostri anno quinto.

Cop. I, fol. 3.

XX. Papat Honorius III. bestätigt die bischöfliche Urkunde vom Jahre 1214 dem Kloster Hilderleben, am 5. Mai 1221.

Honorius Episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Abbati et Conventui Monasterii Hildesleuen salutem et apostolicam benedictionem. Sacrosancta Romana ecclesia devotos et humiles filios ex assuete pietatis officio propensius diligere consuevit, et ne pravorum hominum molestiis agitentur, eos tanquam pia mater sue protectionis munimine confovere. Ea propter, dilecti in domino filii, vestris iustis precibus inclinati, personas vestras et locum, in quo divina estis obsequio mancipati, cum omnibus bonis vestris, que in presenti rationabiliter possidetis aut in futuro iustis modis prestante Domino poteritis adipisci, sub Sancti Petri et nostra protectione suscipimus. Specialiter autem libertates et immunitates vobis et monasterio vestro a bone memorie H.*) et R. ac a venerabili fratre nostro, Halberstadenfibus episcopis, loci dyocesanis, ac etiam a clare

*) Diesen Buchstaben liest man nicht mit Deutlichkeit; er ist im Copiale durch Nässe fast verloschen; — wahrscheinlich soll er aber den Bischof Herrand von Halberstadt bezeichnen.